



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion
Philostorgiu Kai Theodōru**

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Vetervm Testimonia De Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

de Philostorgio.

est: temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eò quòd, ut ait, Eunomii libris respondere ausus esset.

Nicephorus Callistus in libro primo cap. 1.

Porro Hermias Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, & doctissimus Theodorus Cyri, qui tertiam Synodum impugnavit: item Deo invisus Philostorgius, & qui cognomento quidem κατὰ θεόν, sed animo minus puro fuit Socrates, à fine Eusebii Cæsariensis exorfi, usque ad tempora Theodosii junioris historiam suam perduxerunt, cum omnes nescio quo pacto, idem sibi argumentum proposuissent.

Idem in libro 9. cap. 19.

Sed enim quæ Deo invisus Philostorgius, res gestas supradicti Theophili narrans fusius commemoravit, ea nunc paucis perstringemus. Ait igitur, & cætera quæ leguntur in lib. 3. Philost. pag. 479. hujus editionis.

Idem in libro 12. cap. 29.

Hunc Eunomium, ut divinum hominem plurimum admiratur Ecclesiasticus scriptor Philostorgius. Prudentiam enim & virtutem ejus incomparabilem fuisse fingit, & oris formam & corporis partes decentissimas cum multa venustate prædicat, & cætera quæ leguntur in libro decimo, capite 6.

Joannis Antiocheni, Suidæ, ac Nicetæ testimonia de Philostorgio habentur in Supplemento Philostorgii.

VETERVM TESTIMONIA
DE HISTORIA ECCLESIASTICA
THEODORI LECTORIS.

Suidas in Lexico.

Θεόδωρος ὁ δὲ ἀπὸ ἀναγνώσων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κωνσταντινῆς πόλεως ἔγραψεν ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας ἰουστινιανῆς.

Id est:

Theodorus ex Lectore magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit Historiam Ecclesiasticam à Constantini temporibus ad imperium usque Justiniani.

Nicephorus Callistus in libro primo Historia Ecclesiastica, cap. 1.

Ἐν δὲ τῇ ἐπιπέδῳ ἀναγνώσων ἀναγνώστης Θεόδωρος, καὶ ὁ κίλιξ βασιλεὺς, καὶ ὁ ἀπὸ ἐπαρχῶν διάκριτος, τὰ τῶν ἀνωτέρων χρόνων καὶ παρὰ αὐτῶν ὑπερβάντες, μὴ δὲ οἰκείας χρόνους τοῖς ἐπιπέδων παρέδιδξαν, τὸ τῆς πραγματείας δυνατὸν ὑπολογισάμενοι. ἄλλοι δὲ καὶ τὸν βίον τῶν συγγραφέων διπολιτῶν, τὴν τῆς ἱστορίας ὑπόστασιν ἠκιστα συνέλεξαν. *Id est:*

Deinceps vero Theodorus Lector Byzantius, & Basilius Cilix, & Ex-

præfectus Evagrius, superiorum ante ipsos temporum res prætergressi, & tempora sua stylo profequuti, eorum quos modo diximus Historiis suas conjunxerunt, operis difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam è vita inter scribendum excedentes, institutum opus minimè compleverunt.

Reliquorum testimonia de Theodoro Lectore, Joannis scilicet Damasceni, Theophanis, & Patrum Synodi septimæ, habes infra in fragmentis Theodori Lectoris.

Proœmium Historiæ Ecclesiasticæ Tripartitæ Theodori Lectoris.

Θεοδώρῳ ἀναγνώστῃ κωνσταντινῆς πόλεως ἐκκλησιαστικῆς ἰστορίας βιβλίον πρῶτον.

Ἐκ πνθ' ἡφῆς Ἐπιξενόδῳ μοι λαχόντι κτ' τὸ ἡμέτερον παφλαγονῶν ἐθνῶν ἐν μητροπόλει τῆνομα γάζηρα, ἐν αὐτῇ τε διπολαύσαντι τῆς σῆς ἱερέας ὁμῆς ἔμμίε μοι κεφαλῆς, ἵνα γκαζόμενῳ παρ' αὐτῆς, ἔξ αὐτῆς τὰς ὑποθέσεις ληψόμενθ' ὡσαύτως γὰρ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἰστοριῶν ἔδῃ ἐκθέσεις, ἔμμίαν πνα ἔξ αὐτῶν ἀρμόσασθ' σὺνταξιν. ἐπεὶ δὲ ἡ πατρικὴ κελύξ ἀνιλέγειν ἔχ' ὅσιον, εἴ κη φρεσίνεως τῆς παρῆσθης ἐλπίσμεν ἀλλ' Ἐπιτὸ τοῖστον ἔργον ἀμελλήνῃ ἦλθον, ὑμείρεταις διχῶς τε ἀρρηκῶς. δισέβει τὴ θωμασίω ἴατε τῶν Ἐπικλῶ παμφίε, κεκμηκόθ' ἀείτω Συλλογῶν τῶν ἀνεκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν Συγγραφοῦν, ἔμμόνοι λέγω τῶν ἁγίων χριστιανῶν φιλοσοφῶν ἀνίων, ἀλλὰ κη παρ' ἑβραίοις. κη τῆνδε τῶν ἰστορικῶν σὺνταξιν ποιησάμεν ἄχελ' εἰκοσῆτας τῆς φιλοχρίσε κη ὡς ἀληθῶς ὑποθετὴ χρεσθηθείσης βασιλείας κωνσταντινῆς τὴ πανδιφμε κη μακαριώτατε ὡδε κατὰ λυσαίνθ', Ἐπιτὸ τοῖστον τ' ὑποθέσεως χῆμα μὲν πολλῆς τ' ἀκελείας, ὡς γε τῶν ἐκθέσεων ἡ γραφὴ μαρτυρήσθ' τῶν παρὰ τῶν πεποιήκεσαν θεοφιλεῖς ὁμῆς κη λογιώτατοι ἀνδρες. λεγῶ δὲ θεοδώρητος ὁ τῆς ὀσίας μνήμης, γρόμθ' Ἐπισκοποθ' κυρε, κη ὡζόμεθ', κη ὡκεράτης τῶν Ἐπιλοίων χρεῶν ποιησάμενοι τε πραγμασίαν, ὅκα ἄμφω τὸν τοῖστον ὁμίλον θέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκασθ' φιλοσοφίας, κη ἔδῃ λόγους ἀναγράψας ἐπεὶ ἐν πνα μὲν τῶν κτ' καιρῶν παρὰ χθόνων, ὑποτῆς ἀκολεσίαις ὡθεμένοι ἕκαστεροι ἀπεδείχθησαν φρεσάντες πνα δεῖδίαζόνθ', δὺλογον ἠήτην, τὰ κοινῶς αὐτοῖς συμφωνήμενα διὰ τῶν ὡφές ἔργη κη διφρεσίνεως ἔργη διηγῆμεν τῇ παρῆσθ βιβλῶ κατὰ ἰάξαι, ἐν τῇ παρῆσθ ἁγίασθη μαρμόμενθ' ὡς ἄμφω Συμπεφωνήσασθ' ἰέκασθ' ὡ πάλιν ἰδίως ἐκθέσειν τὰ ἁγίασθη ἀρξομαγῆ τ' ὑποθέσεως ἐκ τῆς ἰστορίας ἔμμακαρίε σωζόμενα.

Προσφωνήτικόν εἰς θεοδόσιον τὸν βασιλέα σωζόμενα.

Φασὶ τῶν πάλαι ἀντιγράφων Ἐπιμελές πηχρῆμα γράσας, &c. ut habentur pag. 393. editionis nostræ usque ad finem pag 397.

Theodori Lectoris urbis Constantinopolitana, Ecclesiastica Historia liber primus.

Cum nescio quam ob causam mihi contigisset, ut in vestra Paphlagonum Provincia hospitarer in ipsa Metropoli qua dicitur Gangra, utque sacro ac venerando mihi conspectu tuo illic fruerer, compellebas me, ut eos qui Ecclesiasticam Historiam ediderant, colligerem, argumenta abs te sumpturus, eorumque unum quasi corpus componerem. Quando igitur nefas est paternis jussibus refragari, ego quamvis dictio- nis elegantia destitutus, ejusmodi opus incunctanter aggressus sum,

de Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris.

tuis orationibus confusus. Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii impendit in colligendis libris doctissimorum virorum, qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solum apud Christianos, verum etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum usque vicesimum piissimi & re verà à Deo ordinati Principatus, laudatissimi ac beatissimi Imperatoris Constantini: Idem argumentum tractare aggressi viri Deo chari, pari curâ ac diligentia, sicut ipsorum libri fidem faciunt, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodorus scilicet Beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribendâ autem Historiâ non eandem viam omnes tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt. Quoniam igitur nonnulla quidem eorum quæ singulis temporibus gesta sunt, utrique similiter retulisse noscuntur, rerum scilicet ordine eos compellente: quædam vero diversa ratione commemorarunt: rationi consentaneum esse existimavi, ut ea quidem in quibus inter se consenserunt, verbis illius qui apertius & elegantius eadem retulerat, huic libro insererem, notans in margine ambos Scriptores inter se convenire. Ea verò quæ peculiariter ac diverso modo ab uno quoque eorum exposita sunt, pariter demonstrabo. Ordiam autem ab Historia beati Sozomeni.

Allocutio Sozomeni ad Imp. Theodosium.

Priscos Imperatores, diversarum quemque rerum studiosos fuisse memorant, &c.

In Proœmium Theodori Lectoris, Annotatio.

κατὰ τὸ ἑμῆρον παφλαγονικόν. In MS. Codice Veneto legitur *ἑμῆρον*. Sed magis probo scripturam Codicis Allatiani. Quod si hanc lectionem sequi placet, necessario efficitur Theodorum Lectorem oriundum fuisse ex Provincia Paphlagoniâ. Certè ejus dictio nescio quid Paphlagonicum redolet. Ipse quoque Theodorus in hoc Proœmio ingenue fatetur, se in dicendo rudem esse & parum exercitatum. Tales autem erant Paphlagonæ, ut de Helpidio testatur Ammianus Marcellinus in libro 21. p. 186. his verbis: *Ad Prefaturam promovetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu vilis & lingua.* Si quis tamen Venetum Codicem secutus, *ἑμῆρον* scribere maluerit: equidem non magnopere repugnabo, præsertim cum verbum *ἑμῆρον* quod præcessit, hanc scripturam confirmare videatur. Porro Theodorus Lector opus hoc suum cuidam Episcopo, aut potius Presbytero Gangrensis Ecclesiæ, hæc Epistolâ nuncupat. Hinc est quod sacrum caput & patrem eum appellat, ejusque precibus adjuvari se optat.

UT Theodoriti Episcopi Cyrensis & Evagrii Scholastici historia Ecclesiastica: Item Excerpta ex historiis Philostorgii & Theodori Lectoris; juxta Exemplar antehac Parisiis à Petro Le Petit excusum, typis Moguntinis recudantur, harum vigore licentiam impertimur. Moguntia 18. Augusti, 1679.

ANDREAS BIRNBECK S. Theol. Licent.
Officialis & Consiliar. Ecclesiasticus Moguntinus, librorum Censor.